

*Faciet Dominus convivium,
et absterget lacrimam ab omni facie.*

Lectio libri Isaiae prophetae

25, 6-10a

- ⁶ **F**aciet Dominus exercituum
omnibus populis in monte hoc
convivium pinguium,
convivium vini meri,
pinguium medullatorum,
vini deliquati.
- ⁷ Et precipitabit in monte isto
faciem vinculi colligati super omnes populos
et telam, quam orditus est super omnes nationes.
- ⁸ Precipitabit mortem in sempiternum
et absterget Dominus Deus lacrimam ab omni facie
et opprobrium populi sui auferet de universa terra,
quia Dominus locutus est.
- ⁹ Et dicetur in die illa:
«Ecce Deus noster iste,
expectavimus eum, ut salvaret nos;
iste Dominus, sustinimus eum:
exsultabimus et laetabimur in salutari eius.
- ¹⁰ Quia requiescet manus Domini in monte isto».

Verbum Domini.